Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata. Ioann. Agri. Isleb. Avtore

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs primi scena qvinta

urn:nbn:de:bsz:31-129051

Visual Library

TERENTII.

ACTVS PRIMI SCENA QVINTA.

Partim tetrametri quum Iambici tum Trochaici, partim Trimetri. Sed & Monometer vnus, & Dimetri aliquot.

PAMPHILVS adoleſcens
MYSIS ancilla

Hoccine eſt humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris.
MY. Quid illud eſt? Monometer.
Pam. Pro deum atq; hominum fidem, quid eſt, ſi non hæc contumelia eſt.
Vxorem decrerat ſeſe dare mihi hodie, nonne oportuit.
Præſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit?
MY. Miſeram me, quod verbum audio? Dimeter.
Pam. Quid Chremes, qui denegarat ſe commiſſurum mihi.
Gnatam ſuam vxorem? id mutauit, quoniam me immutatum vidit.

Itane obſtinate operam dat, vt me à
Glycerio miſerum abſtrahat?
Quod ſi fit, pereo funditus. Dimeter.
Adeon hominem eſſe inuenuſtum aut
infelicem quenquam, vt ego ſum?
Pro deum & hominum fidem, nullo ne
ego
Chremetis pacto affinitatem effugere
potero? quot modis
Contemptus, ſpretus, facta, tranſacta
omnia. hem,
Repudiatus, repetor. quamobrem? niſi
ſi id eſt, quod ſuſpicor
Aliquid monſtri alunt, ea quoniam ne-
mini obtrudi poteſt,
Itur ad me. M. oratio hæc me miſeram
exanimauit metu.
Pamphil. Nam quid ego dicam de
Patre? ah Dimeter.
Tantam ne rem tam negligenter agere?
præteriens modo
Mihi apud forum, vxor tibi ducenda
eſt Pamphile hodie, inquit, para.
Abi domum. id mihi viſus eſt dicere.
abi cito, & ſuſpende te,
Obſtupui. cenſen' me verbum potuiſſe

vllum proloqui.
Aut vllam cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui.
Quod ſi ego reſciſſem id prius. quid facerem, ſi quis nunc me roget?
Aliquid facerem, vt hoc ne facerem. ſed nunc quid primum exequar?
Tot me impediunt curæ, quæ meũ animum diuerſe trahũt.
Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſollicitudo,
Tum patris pudor? qui me tam leni paſſus eſt animo vſque adhuc,
Quæ meo cunq; animo lubitum eſt, facere ei, ne ego vt aduorſer? hei mihi,
Incertum eſt, quid agam. MY. miſera timeo, incertum hoc quorſũ accidat.
Sed nunc peropus eſt, aut hunc cũ ipſa, aut me aliquid de illa aduerſũ hũc loqui.
Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur.
Pamphilus. Quis hic loquitur? Mylis ſalue. MY. o ſalue Pamphile. PAM. quid agit? MY. rogas?
Laborat e dolore, atq; ex hoc miſera ſollicita eſt, diem.

Quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nup-
tiæ, tum autem hoc timet,
Ne deſeras ſe. PAM. hem, egone iſthuc
conari queam?
Egon propter me illam decipi miſeram
ſinam?
Quę mihi ſuum animum, atque omnem
vitam credidit.
Quam ego animo egregię charā pro
vxore habuerim
Bene & pudice eius doctū atque eductū,
ſinam
Coactum egeſtate ingenium immu-
tarier
Non faciā. M. haud vereor, ſi in te ſolo
ſit ſitum.
Sed vim vt queas ferre. Pam. adeon me
ignauum putas?
Adeon porro ingratum, aut inhuma-
num, aut ferum
Vt neque me conſuetudo, neque amor,
neque pudor
Commoueat, neque commoneat, vt
ſeruem fidem?

M. Vnum

MY. Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe
vt memor eſſes ſui.
Pam. Memor eſſem ? O Myſis, etiam
nunc mihi.
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis.
De Glycerio, iam ferme moriens me vocat.
Acceſſi. vos ſemotæ, nos ſoli. incipit
Mi Pamphile, huius formam atq; ætatem vides.
Nec clam te eſt, quam illi vtræque res inutiles.
Et ad pudicitiam, & ad rem tutandam ſient.
Quod ego per hãc te dextrã oro & genium tuum.
Per tuam fidem, perquæ huius ſolitudinem.
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deferas.
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te ſolũ ſemper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Te iſti.

Te iſti virum do, amicum, tutorem,
Patrem.
Bona noſtra hæc tibi committo & tuæ
mando fidei.
Hanc mihi in manum dat. mors conti-
nuo ipſam occupat.

Accepi, acceptam ſeruabo. MY. ita
ſpero quidem.
Pam. Sed tu cur abis ab illa? MY. obſte-
tricem accerſo. Pam. propera.
Atq; audin? verbum vnum caue de
nuptijs,
Ne ad morbum hoc etiam. MY teneo.

ACTVS PRIMI SCENA Quinta.